

158. (14)

Ve
3286

X 1975678

DISSERTATIO
De
CONFRATERNITA-
TE PRINCIPUM,

QUAM
IN ILLUSTRATI HENÆO SALANO
DIVINA FAVENTE GRATIA.

SUB PRÆSIDIO
VIRI

NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI AC EXCELLENTISSIMI
DN. JOHANN - VOLK. *Bechmann/*
JCTI ET ANTECESSORIS HUIUS ACADEMIÆ CE-
LEBERRIMI, CONSILIARII SAXONICI, CURIÆ PRO-
VINCIALIS ET SCABINATUS ASSESSORIS GRA-
VISSIMI,

FAUTORIS SUI MAGNI.
PUBLICÆ AMICORUM DISQUISITIONI
PROPONIT

Christian Friederich Schack / EQUES POM.

AUTOR.

IN AUDITORIO JCTORUM
AD DIEM XXX. MART.

JENÆ

E CHALCOGRAPHEO NISIANO, ANNO MDCLX.



321. 220.

SERENISS. AC POTENTISS. PRINCIPI
AC DOMINO

DN. FRIDERICO WILHELMO

MARCHIONI BRANDENBURGENSI

S. R. I. ARCHICAMERARIO ET ELECTORI

DUCI MAGDEBURGENSIUM, PRUSSORUM JULIACENS.

CLIVENSIVM BERGENSIUM, STETINENSIVM POMERANORUM,

CASSUBIORUM VENEDIOR. UT ET CROSSENSIVM

AC JEGERNDORFENSIVM SILESIVM.

BURGGRAVIO NORIMBERGENSI

PRINCIPI HALBERSTADENSIVM ET MINDENSIVM.

COMITI MARCANO ET RAVENSPERGICO

DYNASTÆ RAVENSTEINII.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS
HUMILLIMA AC DEVOTISSIMA ANIMI
SUBJECTIONE

DICAT

CONSECRAT ET OFFERT

Christian Friderich Schack / EQUES POM.

AUTOR.

UNIVERSITÄT
MAGDEBURG



Um Illustre hujus Academiae Auditorium
Disceptationibus ex jure institutis haec-
nus incaluerit, nemo mihi vitio vertet,
si & ego, antequam discedam, aliquid pu-
blice ventilandum exhibeo. Placuit
autem mihi praestabilis Juris Publici
Scientia, (sicut eam vocat Orator Ro-
manus) ut ex ea Disputationem instituerem. Et certas ob
causas elegi nobilissimam de CONFRATERNITATE
PRINCIPUM &c. materiam, quam quidem ut decet, &
moris est, prolixius forte elaborassem, nisi mihi festinanti &
praeter opinionem meam abiturienti penuria temporis cala-
mum excuteret. Igitur Benev. L. si quaedam minus accu-
rate posita invenies, exinde à Te veniam praestolor & peto.
In nullius praedictum haec scripta sint, cum saltim quasi ve-
rim materiam exercitationis publicae. Et si quid humani
passus sum, non Tu promptius monebis errantem, quam Ego
monentem sequar, ut mea faciam Hugonis Grot. verba in
fin. Prol. de J. B. & P.

POSITIO I.

Legistae pacta successoria communiter definire solent, quod
sint conventiones duorum vel plurium, vel super hereditate
propria, vel tertii alicujus inita. Quorum pactorum
à Dd. quatuor diversae recensentur species. I. aut enim de
hereditate alicujus acquirenda. II. aut legitime conservanda. III.
aut hereditate certo modo dividenda; Et IV. de eadem vel amit-
tenda vel repudianda fieri solent. Verum enim verò quoniam
horum pactorum explicatio à praesenti nostra dissertatione aliquo
modo

modo aliena est, & ad pacta Illustriũ familiarũ propriè nõ pertinet, Ideò illorum tractationem hic omittere convenientius esse videtur. Unam tantum quæ in rem nostram præsentem potissimum, 3 facit, in medium allaturi sumus. Et quidem pactum successorium dispescitur in Affirmativum de succedendo, & Negativum de non succedendo. Treutl. *vol. 1. Disput. 6. thes. 8.* & Bachov. *ibid.* Posterius pactum nimirum de non succedendo seponimus, de priori tantum acturi. Pacta illa etiam non una dantur sed illustriora & celebriora duo enumerantur: I. Pactum Ganerbinatus. II. Pactum Confraternitatis. Et cum hæc duo magnam inter se affinitatem habeant, quædam de Ganerbinatũ præmittam.

II.

I Pactum Ganerbinatus ita describi potest, quod sit Conventio Nobilium & Illustrium familiarum certis legibus inita, & à Superiore confirmata, ut se suasque facultates contra vim & hostiles incursiones defendant, & unã extinctã ex reliqua superstitite demortuæ hereditatem acquirant. Ganerbinorum autem nomen (quod etiam me tacente licet animadvertere) Latinum non est, sed ad exemplum aliarum vocum Germanarum, (quæ passim in Libris Feudorum reperiuntur) Latinã civitate donatum est. Sic & jure Sax., verba Saxonica Latinorum instar expressa, Latino etiam sermoni quotidie inseruntur & retinentur. De Etymologia quoad primam syllabam **Gan** / (nam verbi **Erben** / nota est proletaria significatio) variæ & diversæ sunt sententiæ. Nonnulli enim Ganerbios deducunt ab eundo, ut sint quasi **Gang Erben** / testante Rittersh. *l. 1. partit. Feudor. c. 17.* Nonnulli à festinatione quasi accelerantes heredes **Gehe Erben** / ad quos tanquam descendentes properet successio. Glossographus in *Specul. Saxon.* existimat, quod illi qui post fratres & sorores in lineã descendentem succedunt defuncto, collaterales Ganerbii solum dicantur, in eoque ad stipulatorem habet Hottom. in *verbis feud. lit. b. verbo: heredes accelerantes*; ubi **Gan Erben** / heredes accelerantes vocat, eosdemque esse arbitratur, qui Franco-Gallicã lingvã nominantur: *Habiles à succeder* quem sequitur Nicol. Reufner. *vol. 1. conf. 19. n. 2. & conf. seq. 20. in princ.* Tob. Paurmeister. *de Jurisd. lib. 2. c. 8. n. 68.* **Gan Erben** / inquit, dicuntur heredes collaterales, posteriores fratribus & sor-

sororibus, ita ab eundo vel properando dicti quod facilius & expeditior eorum sit successio, nulla sexus, sed gradus tantum propinquitatis ratione habitâ. Sed quicquid statuunt prædicti Autores, nos tamen defendemus Rittershusii *d. cap. 17. lib. 1. partit. Feud.* opinionem, dum censet, nomen **Gan Erben** / corruptum esse sive contractum pro **Gemein Erben** communibus heredibus, cui Wehnerus accedit *in verbo Gan Erben / nec incognitum est (inquiens) daß das alte teutsche Wort Jahn oder Bahn für gemein gebraucht wird.* Ganerbinatus autem cepit in Germaniâ eâ tempestate quando vis potior erat jure, **da das Gausrecht im Schwang gieng** / cum enim ante saluberrimam pacis publicæ constitutionem, prædones latrocinia hinc inde exercerent, obtinuit in multis Generosioris animi ac spiritus nobilibus, ut quibus invisa essent ejusmodi latrocinia arces munitissimas salutis tuendæ gratia exstruerent & ex eis se bona illata conjunctis viribus contra incursum hostilem defenderent. Et ut major esset ipsorum inter se conjunctio, peculiare quasdam confraternitates certis pactis inter se instituerunt & coluerunt. Fuit igitur inter Ganerbios quædam societas & confœderatio sui defendendi causa inita certisque adstricta legibus, quas leges, seu conventiones adpellarunt **den Burgfrieden**. Fiunt autem hæc pacta & conventiones à Condominis qui in confœderationem & societatem hujusmodi sese contulerunt, seque sibi invicem certis conditionibus devinxerunt, super bonis suis non modò allodialibus seu patrimonialibus ac propriis, sed etiam feudalibus, dummodo in his nullum generetur præjudicium vel agnatis, qui par jus succedendi in feudis habent, (ut in antiquis, & in his quæ sunt ex pacto & providentiâ) vel filiabus in novo feudo succedentibus, si hoc dictum sit. Quod autem possit quis propria bona seu allodia sua facere Ganerbica, id hac ratione nititur; quia unusquisque rei suæ legem quàm velit, dicere potest, utpotè liber ejus moderator & arbiter *l. in re mandata 21. C. mandati* aliis verò præjudicium parere nequit: non enim debet illis, quorum interest iniqua inferri conditio, ne cuiquam suum jus invito auferatur per jura vulgò notissima. Ad hæc tamen etiam ulterius requiritur Confirmatio & protectio Imperatoris Majestatis vel Principis illius sub cujus territorio degunt,

Lindem. *exerc. feud. c. 1. thes. 32.* Schonb. *cap. 13. vers. Ganerbios in fin.* Consensus tùm Domini Feudalis *arg. 2. Feud. 55.* tùm Agnatorum, tùm eorum, quorum interest. De aliis vid. *LL. pactitias*
6 **den Burgfrieden**/Rittersh. *d. loco.* Et ut res fiat clarior non incongruum erit, exemplum talium Ganerbinatum unum atque alterum referre. Exemplum inter eos, quorum nomen adhuc celebratur, præbere videtur. (1.) Castrum **Reineck**/cujus Præfectus inter quatuor Imperii Burggravios illustriores numeratur, Matth. Steph. *lib. 2. de Jurisd. part. 1. c. 4. n. 17.* (2.) Arx Rotenburgensis ad Tauberam, quæ non procul distita Norimberga, & olim pertinuit ad Wildensteinios. Ab his vendita est Coronæ Bohemiæ, & tandem pervenit ad Serenissimum Electorem Palatinum, reservato tamen directo Dominio; Hujus Arcis condomini sunt plures quam 70. Nobiles, quorum unus Burggravius judicis loco est. Nam (ut hoc obiter addam) Veteribus Germanis nihil aliud fuit **Graff**/sive *Gravio*, quam iudex. Cujac. *ad tit. 1. lib. 1. feud.* & Petr. Heig. *in quest. juris quest. 2.* Vid etiam *Nobiliss. ac Consultiss. Dn. Præses in Colleg. Jur. Publ. lib. 1. c. 4.* (3.) Aliud exemplum occurrit in Arce **Sridburg** in Weteravia. *Add. Diss. de Privileg. Nobil. sub Præsidio Viri Nobiliss. ac Consultiss. Dn. Henr. Raben/Hospitis sui quondam, nunc Fautoris Magni.* Quæ etiam maxime celebris est Ganerbinatus, habens item Burggravium peculiarem, & leges inter Condominos constitutas multis dotata privilegiis, & immediatè subjecta Imperatori, tanquam Domino feudi. Dn. Hahn. *in Dissert. sua Inaugurali de Jure rerum & Juris in re specieb. th. 76. n. 7.* Paurmeist. *2. de Jurisdic. 8. n. 68.* Add. *Besold. th. pr. lit. G. verb. GanErben/n. 23.* Speidel. *in notabil. histor. juridic. verbo eod. n. 2.* Neque arces solum Ganerbicæ quædam sunt, verum etiam Civitates nonnullæ; ut Creuzenachum oppidum situm ad Rhenum condominos habens Electorem Palatinum & Marchionem Badensem. Sic Schmalcaldia dum viverent Principes & Comites Hennebergenses ex parte dimidiâ ad ipsos, ex altera pertinuit ad Landgravios Hassiæ. Possent quidem adhuc plura adduci exempla, sed illa enarrare hoc loco operæ pretium non est. Ex quibus evidens est, quàm valdè inter se conveniant Ganerbinatus & Confraternitas Principum. Sed ex his ipsis
&

& subsequē. differentiæ faciliè colligi possunt, unde eas nolumus distinctim apponere. Maturabimus potius ad primarium hujus præsentis instituti scopum, nempe pactum confraternitatis Principum.

III.

Fundamenti loco placet ab initio quærere, num ejusmodi pacta confraternitatis Principum ac Illustrium personarum de quibus in præsens acturi sumus, licita & concessa sint? Et quamvis de jure Civili omnia pacta futuræ successione regulariter, tanquam contra bonos mores, & votum captandæ mortis inducentia, prohibita sint. *l. 16. ff. de verb. Obligat. l. 2. §. interdum de Vulg. & pupill. subst. l. hereditas C. de pact. convent. l. 3. C. de inutil. stipul.* Bart. Bald. aliique Dd. Hartman. *Præct. observ. forens. lib. 2. tit. de pact. c. 3. in princ.* Alexand. & Zaf. latissimè *in l. 34. C. de Transact.* Paris. *consil. 24. num. 8. lib. 2.* Attamen hoc in Illustribus Principum Germaniæ familiis non procedit, sed inter eas pacta & statuta sive in personam permittentis sive super bonis post mortem relinquendis concipiuntur, ex consuetudine Germaniæ hodiernis moribus sustinentur ac valent. Anton. Thesaur. *decis. 225. n. 21.* Andr. Gail. *2. observ. 127.* Theod. Reinking. *de Regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 4. c. 18. n. 4. & seqq.* Quum enim ad familiarum propagationem pacem & Imperii tranquillitatem, nec non defensionem subditorum ejusmodi pacta tendant, igitur & licitè fieri possunt. **X. A. zu Wormbs** de anno 495. **§. Auch sollen wir. X. A. Speyer** de anno 529. **§. und als im Abscheid.** *A. B. c. 15. ibi: Jedoch die Gelübde etc.* **Cammerg. Ord. p. 2. t. 9. §. So iemand. ibi: oder wenn es sein Freund oder Helffer haben mag.** Vid. *Limnæ. de Jur. Publ. lib. 4. c. 8. n. 126.* Buxtorff. *ad A. B. conclus. 38. lit. G.* Add. *Carpzov. in Jurisprud. for. p. 2. c. 35. d. 25.* Nihil ergo impedit, quo minus ejusmodi Confraternitates coire queant, & sic conventæ pro injustis sint habendæ. Certum enim est, has Confraternitatum species inventas & introductas esse ad normam & formam vetustissimi Juris gentium. Constat namque, quod eo tempore inter omnes gentes fraterna & una erat communio, & antequam bella exorirentur, teste ipso Justiniano, omnia æqualiter

com-

communicabantur. Quod sanè usque aded commendatum & laude deprædicatum fuit, ut ea ætas *seculum aureum* nominaretur. Cæterum notum quoque est, non planè dissimilia amicitiae fœdera antiquis itidem Romanis cum aliis populis extraneis fuisse communia, quemadmodum refert Cicer. *in Orat. pro Cornelio Balbo* cum inquit: *Non solum inter Latinos Romanæ civitatis ab initio socios, sed etiam vetusto tempore Germanorum, Helvetiorum & aliorum cum Romanis fœdera extitisse: quod nihil aliud quam PIA ET ÆTERNA PAX sit in fœdere.* Inter Civitates etiam fœderatas uti appellantur, talia fœdera ad ipsarum ditionum & provinciarum conservationem & defensionem communiter observantur, prout colligere licet ex *l. non dubito 7. ff. de captiv. & postlim. rer.* Hæ igitur Confraternitates testante Ang. *Consil. 376.* efficiunt, ut plura corpora in unâ quasi conveniant essentia, ut aded non possit non adesse Pax & Concordia, ubi tam jucundi & utiles fratrum nexus interveniunt. Concludendum proinde est, Principes & Illustres familias, tales confraternitates etiam hõc nostro tempore, absque ullõ impedimento justè inire posse. Nec obstat quod supra prætendebatur. In Principibus enim & Illustribus personis omnis sinistra præsumptio vel suspicio captandæ mortis alienæ cessat. *Gail. d. loc. & hujusmodi pacta gentilitia, quæ vulgariter Erb-Verbrüderung/nuncupantur, sunt saltem suscepta eo fine, ut ex mutua & stabili successione, defensione, fide & concordia fraterna familiarum senescentium splendor & dignitas conservetur; quas pactiones Reipub. utiles esse probat, Nic. Reusn. 1. conf. 7. n. 54.* Et publica pax innititur ejusmodi confœderationibus *Andr. Knichen de Jur. Saxon. verb. Electorum cap. 2. n. 78. & seqq.* Subditorum etiam commodis, quibus per multum interest, ne alienis & peregrinis Dominis subjiciantur *l. invitus ff. de fideicommiss. hered. & Gloss. ibidem in verb. non est l. in adoptionibus ff. de adopt. Vasq. Controvers. Illustr. lib. 1. c. 5. n. 5.* hisce pactionibus maximè prospicitur; nam cum omnis mutatio mala sit, Principi sanè pessima est, quoniam ex diversarum gentium commixtione legum mutatio & morum corruptio invehitur. Præterea lugubre satis & deplorandum foret non ipsis solum subditis, sed etiã Dominis videre antiqua majorum prædia & castra ad extraneos domi-

Dominos pervenire, dicere enim aliàs quis posset cum Virg. *Eclog. 1.*

Impius hæc tam culta novalia miles habebit?

Barbarus has segetes? en quo discordia civeis

Perduxit miseros! en queis consevimus agros!

Ex his igitur quantum fieri potuit, breviter deductum est pacta hæc successoria, licet jus Civile eadem non agnoscat nec approbet, tamen ob causas enumeratas nihilominus consuetudine recepta & approbata esse.

IV.

Vt verò ordine ulterius progrediamur in voculam *confraternitatis* paucis inquirendum est, quæ sanè non unò eodemque accipitur sensu, sed multiplici in differentiâ sunt confraternitates attestante Petro Salazar Hisp. *de usu & consuet. c. 8. n. 22. & seqq.* Nonnunquam enim denotat hoc nomen societatem quandam hominum Religiosorum, qui invicem nominantur fratres certi ordinis, **der Bruderschaft** S. Jacobi, S. Antonii, ac aliorum Monachorum, de quibus Waremund. ab Erenberg. *in medit. de fæder. l. 1. c. 4. n. 12.* sic etiam permulti Reges, Principes imò & civitates peculiare quosdam fraternitatum ordines & confœderationes inchoarunt, quo magis tuti essent adversus hostiles impetus, quas singulari titulo insigniri voluerunt. In genere verò socios hocce Equites vocant generali Nobilium seu Equitum notatione, qui Germanicè vocari consueverunt **Ritter** quasi **Dritter / daß sie selbst dritt geritten** Just. Ritter *lib. 1. Inst. feud. cap. 3. n. 9. in fin.* Nolden *de nobil. c. 3. n. 45.* non incongrua sanè derivatio, concordiam animi pariter & intentionis iunuens. Huc quoq; referri potest Ordo S. Michaëlis Archangeli, Anno Christi 1469. 1. Augusti institutus à Ludovico II. Galliarum Rege, Bartol. Musc. *disputat. de confraternit. thes. 12.* Nec non Ordo sociorum Aurei Velleris, qui & Imperatorum Austriacæ familiæ insignia circumdat, Germanis dicitur, **das güldene Vlöß /** vel rectius, **das güldene Velliß /** oder **der Orden des güldenen Velleß /** Gallis, *du toison d'or*; Megiferus **vom dreyfachen Ritterstande** p. 1. c. 3. p. 3. nominat **den Ritterorden des güldenen Lämblins von Burgund /** Author hujus ordinis fuit Philippus Bonus, Burgundiæ Dux, Caroli Audacis, seu Bellatoris pater, quem die nuptiarum solenni,

B cum

cum Isabella Regina Portugalliae instituit anno 1429. 10. Januarii,
Joh. Limnæ. *Lib. 6. Jur. publ. cap. 2. n. 16. & seqq.* Ordo Lunæ cre-
scentis, Draconis, S. Marci & qui sunt alii fere infiniti, de quibus
3 Limnæ. copiosissimè *dict. cap. 2.* Alia porrò fraternitas ex societa-
te juratâ nonnullorum privatorum nascitur, quam juratam dicunt,
geschworne Brüderschafft/ hæc enim teste Gailio *lib. 2. obs.*
126. nullius momenti est, vid Johan. Casp. Guttich *de confratern.*
thes. 1. alia denique ex mutuâ computatione contrahitur, quæ ta-
men universæ confraternitates operari haud possunt, ut successi-
onem vel hereditatem aliquis acquirat de quib. latè Dd. *in l. si pa-*
ter 40. (Imprimis Gilk) C. de hered. Inst.

V.

1 Misis ergo iis, nobis h. l. Pactum Confraternitatis est con-
ventio Principum & Illustrium personarum ab Imperatore con-
firmata, ob id, ut unâ familiâ quoad masculos heredes funditus
extincta, altera superstes statim in bona defunctæ succedat. Possunt
proinde hunc in modum pacisci duntaxat Principes ac personæ Il-
lustres, cum videlicet ob perpetuam & omnimodam jurisdictionem
in suis provinciis *Legis Condende* potestatem habeant. Knich.
de sublim. Territor. jur. Heig. lib. 1. q. 4. n. 27. & 44. cum seqq. Gail.
lib. 2. observ. 127. n. 8. & tantum possint, Principes & Comites in
suis territoriis, quantum Imperator in Imperio. Constat enim quod
in Principibus nulla talis timenda sit sinisteritas quæ in privatis, si-
quidem in illis rectitudo clariori lumine præfulgeat. *Bart. in c. fin.*
qui feudum dar. poss. Non verò familiæ non-Illustres & privatae,
quoniam in illis modo allatæ rationes cessant. *Forst. de success. 4.*
t. 24. n. 2. & 26. *Vult. de feud. c. 9. n. 48.* *Besold. 1. disp. 13. thes. 4.*
Heig. 2. q. 23. n. 41. Hæc enim licet Juramenti vinculo aliisque so-
lemnitatibus confirmentur, nihilominus pro illegitimis & contra
juris formam & rationem conceptis habentur, per jura supra *posit. 3.*
adducta. Comprehenduntur sub hoc pacto Principum & Illustri-
um personarum bona non saltem allodialia verum etiam feudalia,
2 & vel universa vel pars eorum. Hinc pactum Confraternitatis di-
viditur *in generale* quale est inter Duces Saxoniae & Landgrav. Has-
siae uti patet ex formula confraternitatis *in verbis* **Das alle dies**
selbe abgegangene Fürstenthumb Graff und Herrschaff-
ten/

ten / auch alle andere fahrende Haabe / nichts außge-
schlossen / beweglich und unbeweglich die wir izund ha-
ben / oder wir und unsere Leibes Lehns-Erben noch ges-
winnen in allermassen daß vor geschrieben stehet auff
die andere Parthey und ihr Leibs Lehns-Erben gänzt-
lich / zu malen zu Erbeigen gefallen / und erblichen bey
ihnen und ihren Erben / als ihren rechten Erbherrn blei-
ben sollen. Confer. *Limnæus dict. cap. 8. n. 167. & seqq.* Et *specia-*
le quale olim inter Duces Sax. & Principes Hennebergicos fuisse
refert Schönbornerus 2. pol. 13. Sed ut libera testandi facultas haud
prorsus impediatur reservari hoc in pacto Confraternitatis ple-
rumque solet certa bonorum allodialium summa de qua sc. ulti-
mo ex altera familiarum decedenti permilla est testamenti dispo-
sitio, quæ tamē ipsa summa ad bona restringitur mobilia, doch sol-
dasselbe Testament über 30000. fl. nicht seyn / auch nicht
mit einem Schloß / Stadt oder Dörffern / sondern aus
fahrender Haab gemacht und gesetzt seyn. Vid. *Reinking*
de Reg. secul. & Ecclesiast. l. 1. class. 4. cap. 18. n. 38. Reufnerus 1. con-
fil. 3. n. 45. & seqq. minoris summæ nempe 10000. aureorum men-
tionem facit, sed postea anno 1587. additum huic fuit augmentum
ut triginta millia florenorum attingat *Remig Fesch. de fæder. con-*
clus. 24. lit. f. Benè omninò insuper etiam, ne filia Illustris ab om-
nibus bonis paternis, tanquam extraneæ & indignæ planè remo-
tæ & exclusæ videantur, ratione dotis constitui illis solet certa pe-
cunię summa, quam successor pactitius pro dote solvere necesse ha-
bet *Guttich conclus. 5. lit. b.* Nec enim præterea quicquam lucran-
tur, prout verba pacti habent: **Und sollen ihnen alle keine**
weitere Besserung / noch wegen Väterlicher / Mütterli-
cher / noch Brüderlicher Erbschafften / legitima oder aller
anderer Angefälle was mehr zu reichen / zu geben oder
folgen zu lassen / schuldig seyn / sondern sie sollen mit ob-
berührter Summen alle ihrer Forderung so sie zu haben
gedächten / allenthalben vergnüget und abgereicht sein
und bleiben / und sich keiner successio und anderer Anfor-
derung anmassen in keinerley weise und wege. *Vtriusque*
rei exemplum nobis suppeditat prædicta Ducis Sax. & Landgrav.

Hass. confraternitas, de qua videatur, si placet Dn. Benedict. Car-
pzov. *dissert. de pact. Confrater. Saxonie. Hass. cap. 5. thes. 55. & 56.*

VI.

- 1 Cæterum formam hujus pacti successorii quod attinet, alia est *essentialis*, alia *accidentalis*. Ad Essentialem referimus expressam paciscentium de mutua successione factam conventionem, Dn. Hahn. *d. dissert. thes. 75. n. 7.* Quemadmodum autem in omnibus contractibus *consensus contrahentium de substantia est*, ut patet non solum in contractibus *consensualibus l. consensu de Oblig. & act. princ. Instit. de Oblig. ex consensu* verum etiam in reliquis, qui re, verbis & literis perficiuntur, consensus desideratur *per l. 3. ff. de Obligat. & act. l. in utilis 8. ff. de acceptil.* Consensus enim & voluntas loco substantiæ vel formæ sunt, sine quibus fieri nihil potest. Vnde in quacunq; dispositione si defuerit consensus & voluntas, tunc illa formari rectè non potest. Ita ergo in specie & de hoc nostro casu dicendum, Consensum & voluntatem paciscentium loco substantiæ esse, sine qua fieri nec formari Pactum rectè poterit; Imò consensus eorum, qui hoc modo paciscuntur adeò necessarius est, ut deficiente eo, omne corruat pactum & tanquam pro nullo
- 2 & infirmo habeatur. Sed hic commodè quæri potest: Num etiam in pactis hisce Illustrium Familiarum successorii confirmatio & approbatio expressa summi Principis necessaria sit? Quidam hoc plane negant, & quidem ex hoc fundamento, quod non solum Electores S. R. I. summam habeant potestatem & Regibus comparentur. Schrad. *de Elector. Orig. in proæm.* & licet illis defint nomina & insignia regia, tamen ob summam illam potestatem nec non dignitatem totius Imperii autoritate ipsis concessam & tributam merito etiam Juribus & Privilegiis regiis gaudeant & pro Regibus habeantur. Tradit enim A. B. Carol. IV. *cap. 24.* quod in Personas Serenissimorum Electorum *crimen læsæ Majestatis* committatur & constat porrò ex eadem constitutione Carolina *cap. 12.* quod Electoribus peculiariter concessum sit, ut sine specialis veniæ impetratione conventus pro salute & incolumitate Reipubl. in Germania indicere possint. Sed & Alii etiam principes cum omnimodam jurisdictionem & sic potestatem condendi legem in suis territoriis habeant: Gail. *d. loco, confer. posit. 5. in princ.* Ex quibus jam adductis

adductis igitur colligendum esset, eiusmodi conventiones & pactiones Electorum Principum & aliarum Illustrium personarum nullo modo convelli & everti posse, etiamsi Imperatoris Romani consensus & confirmatio minimè accedat, siquidem ea, quæ per se justa sunt & valida, nulla amplius confirmatione indigent: cū superflua sit in eo, ulterior confirmatio, quod per se validum est. Socinus *conf. 92. n. 17.* Reusner. *consil. 3. n. 59. & seqq. lib. 1.* Verum ³ hisce minime obstantibus, dicimus has confraternitates & pacta successoria non tam ob maximam Imperatoris auctoritatem & potestatem quam propter Feudi absque consensu domini, non alienandi vel transferendi prohibitionem *2. Feud. 55. Gail d. 1. n. 5.* rata ac firma censerent. Cæsaris enim auctoritate & potestate suffulta malorum morum reprehensione carent, & affectatæ mortis votum tollitur: adeoque plenitudinis arbitrio effici potest, ut paciscentes fratrum loco habeantur *Gail lib. 2. observ. 127. n. 5.* Idque eo magis obtinet, si confirmationi annexa sit clausula: *ex certa scientia & justa causa* *Chass. in catal. glor. mund. conf. 24. n. 107.* quæ causa, quoties à Principe aliquid contra jus commune positivum statuitur, semper justa esse præsumitur, *Myns. 4. observ. 8. n. 3.* solet quoque confirmationibus Imperatoriis & hæc clausula salutaris & consueta inseri: *Salvo jure Imperii & cujuscunque dem Heiligen Reich und männiglichenn unnachtheilig* / *Gail. 2. observ. 127. n. 6. & seqq.* *Clapmar. de arcan. Rerumpubl. l. 2. c. 21.* Cæterum etiam in hac confirmatione omnino necessarius est confœderatorum Principum consensus: quod constat ex eo; in confirmatione confraternitatis Hennebergicæ & Saxonicæ (cujus supra mentionem fecimus) requisitum esse consensum Landgravii utpote fœderati *Reusn. 1. conf. 3. n. 48.* ne illorum jus quod in spe situm habent, intervertatur iis insciis & invitis quod fieri non debet, *arg. l. ii. ff. quibus ex caus. in possess. eatur.* Ad formam accidentalem ⁴ referri potest juramentum quo confirmari hæc pacta solent, sed Quæritur num etiam in huiusmodi Cōfraternitatibus & pactis successoriis Illustrium personarum juramentum & quidem corporale, uti loquuntur, intervenire necesse sit, an vero interposita saltem fidei promissio *bey Fürstl. Gräffl. Ehren/Treuen und guten Glauben* sufficiat? Et licet aliàs constet quod alii actus

Illustres in nostra Germania, non tam juramento corporaliter præ-
 stitò quàm sola & nuda fidei interpositione confirmari soleant,
 multique Dd. ejusmodi promissiones per fidem **bey Fürstlichen**
Gräffl. Adelichen Ehren/ guten Treuen und Glauben/
 loco *jurisjurandi* interpositæ, **an Eydes stat** ipsi juramento æqui-
 parent & pro juramento, verè, & realiter præstito habeant. Curt.
 Jun. *consil.* 286. 2. *conf.* 53. n. 19. *cont.* 3. Coler. *in process. execut. p.*
1. c. 10. n. 246. cum seqq. Ernest Cottman *Resp.* 18. n. 123. Gail 2. *Ob-*
serv. 59. *per totum.* Myns. *cent.* 1. c. 17. Alii plurimi cōtrarium, quod
 nuda videlicet fidei interpositio juramento minimè æquipare-
 tur & vim eandem consequatur, affirmant, Joh. Fab. *in §. item si*
quis n. 15. Inst. de act. Covarruv. *prolixè in cap. quamvis § 2. n. 3.*
 5 Ant. Cont. *in §. 1. n. 2. Inst. de fidejuss.* Nos tamen putamus tutius
 esse, si Juramentum corporale in ejusmodi pactis interveniat præ-
 fertim, ut actus hic reddatur firmior & longè illustrior nec etiam
 locus detur pœnitentiæ & revocationis, multò minus itidem læsio
 aliqua, dolus vel suspicio objiciatur, imprimis in hoc arduo & ma-
 ximi præjudicii negotio, atque hoc ita observatum in pacto con-
 fraternitatis Duc. Saxon. ac Landgrav. Hass. refert Guttich *d. tract.*
tbes. 9. lit. A. in fin.

VII.

1 Finis huius Confraternitatis primarius est mutua successio
 in bonis, ita nimirum, ut alterâ Familiarum quoad masculos here-
 des extinctâ, superstes succedat. Secundarius consistit in tran-
 quillitate publica, seu Reipubl. salute. Panguntur enim fœdera Con-
 fraternitatis, ut ex mutuâ successione, defensione, & concordia
 fraterna Illustrium Familiarum honor & dignitas & salus Reip.
 conservetur. Guttich *de Confraternitat. conclus. 7. lit. b. conf.*
posit. nostram 3: Quemadmodum enim concordia Principum dives
 radix est, seges civitatum, seminarium bonorum civium, & bonum
 illud, sine quo nemo novit sua bona Paschal. *in Legat. cap. 62. pag.*
 357. Sic discordia Pr. habetur venenum, præcursor ruinæ, omnia
 opportuna insidiantibus faciens, Liv. *lib. 3.* Bodin. *de Republ. lib. 1.*
 2 *n. 386.* Est igitur & hæc causa pactorum Confraternitatis de
 de mutua successione, **der Erbverbruderungen/** Eò magis au-
 tem sollicitudo hæc pectora Principum atque Magnatum occupa-
 vit,

vit, quo majus ex indifferente successione incertoque herede Rei-
publicæ pariter ac subditis imminet periculum. Principe siquidem
sine certo successore defuncto, Regnum vel Principatus facile in
partes distrahitur, inque aliam Rempublicam mutatur, vel ad pri-
stinum relabitur statum, quod per designationem incerti heredis
vivo quasi exemplò probavit Alexander Magnus, qui teste *Justino*
interrogatus: cuinam regnum relinqueret? respondit: *Ei qui o-*
ptimus est, ac præstantissimus, quâ voce, veluti bellicum, ut sonant
verba *Justini* inter amicos cecinisset, aut malum discordiæ immi-
sisset, ita omnes in æmulationem consurgunt & ambitione vulgi
tacitum favorem militum quærunt. Certitudo igitur ac regula
præscripta successione, non modò aliorum spem tollit ut scribit
Tacit. lib. 3. annal. Verum etiam in favorem subditorum vergit,
quorum haud parùm interest certos saltem ratione generis & fa-
miliæ esse principatum successores, quo illis de modo succedendi
certoque successore constet. *posit. 3.* Hinc vix ullò in Regno Leges ³
licet reperire fundamentales in quibus de novò successore vel ra-
tione electionis, vel sanguinis seu juris hereditarii nil provisum sit,
Reinhard Konig in dissert. polit. de statu Imp. Rom. apud *Galdast.*
in polit. Imp. part. 14. Rei hujus in nostro, cui subjecti vivimus Im-
perio Romano-Germanico, si alia intueri haut lubeat testimoni-
um, præbet de eligendo novo successore illustris sanctio *Caroli IV.*
Imper. quam vulgò *Aur. Bull.* appellant, nec non pro lege funda-
mentali habent. *Buxtorff. ad A. B. in princ.* vid. *Petr. Gregor. Tho-*
lofan. lib. 7. de Republ. c. 39. n. 17. Non minorem etiam hac de re ³
curam invasisse quondam Proceres Gallix, certiores nos reddit ce-
lebris illa Lex fundamentalis, quam vulgò *Salicam* vocant (vel à
Sale sive pro licito condimento: sive aula *Saal* / sive etiam pro
flumine *Salâ*, cujus Franci Orientales olim accolæ fuerunt vocu-
lam hanc accipiamus, prout hæc in re Politici non unam fovent
sententiam & derivationes benè multas ex aliis cumulat *Johann.*
Limnæus lib. 2. Jur. publ. c. 2. n. 26.) Quæ hisce posita legitur ver-
bis: *En la terre salig, aucune portion de L'heritage ne vienne à la*
femelle: Ains le Sexe viril acquiert la possession. Vel ut alii: *La cou-*
ronne de France ne tombe pas en quenoville, i.e. Non cadit inco-
lum & filium Gallorum Imperium: Vel: *Les lys, ne scavent point fi-*
ler:

ler : Lilia non nent, Pierre Matthieu *livr 2. de l' histoire de Henry IV.* narrat p. 260. Nimirum vetat Lex salica foeminas Regno praesse, ne per indirectum ad externam familiam id transferatur: aut Galli pra aliis Generosi & bellicosi muliebri Imperio subderentur, & per foeminarum dominationem a mascula virtute degenerantes tandem & ipsi effoeminarentur. *Limnae. d. cap. 2. n. 45.* Johann. Bodin. *lib. 11. cap. 8.* Plures ejusmodi plurimorum Regnorum sanctiones de successionebus congescit Melch: Goldast. ab Haiminsfeld. *in tractatu, quem conscripsit de Majoratu, imprimis lib. 2.*

VIII.

I Pactorum ejusmodi Confraternitatis exempla quam plurima in Germania, Gallia, & Italia, celebrata nobis exhibent Johann. *Limnae. lib. 4. jur. Publ. c. 8. n. 173. & seqq.* Wehner. *praet. observ. verb. Erbverbruderung* / Reinh. König *in Theatr. Polit. part. 1. c. 5. n. 49.* Waremund. ab Erenberg. *in medit. am. pro faederib' lib. 1. c. 2. n. 36. cap. 4. n. 10. & seqq.* Remig. Fesch. *de faeder. thes. 24. lit. C.* Inter Germanos notabile & maxime celebre, est illud Serenissimorum Electorum Brandenburgensium cum Illustrissimis, Pomeraniae Ducibus initum Confraternitatis pactum successorium, cujus annus de mutua successione natalitius si circumstantias probe & accurate pensitaverimus, non videtur esse annus 1323. ut quidem existimant. Cum enim Ducatum Pomeranicum Imperator Ludovicus Bavarus quondam filio suo Marchioni Brandenburgensi in feudum contulerat, eapropter quod in discorde Electione Imperatoris, Pomerani investituram renovare neglexissent, resistente tamen Barnimô III. conventum fuit, ut extincta Linea Pomeranica succederent Brandenburgici Ottone III. Stetinensi sine liberis defuncto, quandoquidem reliqui ex eadem familia jus agnationis docere rite haud potuissent Fridericus Friderici I. Elect. Brandenburg. filius, a Friderico III. Imperatore feudum obtinuit. Quae res tamen postea armis ansam & occasionem videbatur praebere, donec tandem anno 1529. negotium hoc hunc in modum fuit compositum, ut Marchiones praeter jam indulta, in certissimam futurae successione tesseram, vexillum quoque praehendant, quotiescunque Pomeraniae Ducibus investituram renovari contigerit, & sic
Pome-

Pomeranâ stirpe masculâ extinctâ, Marchiones Brandeburgenſes ſuccederent, quam conventionem Carolus V. confirmavit referente pluribus ex Chytr. *Chron. Saxon. lib. 1 5. 12.* & paſſim Andr. Knich. *de non provoc. jur. verb. Electorum c. 2. n. 66. & ſeqq.* Conf. *Limnæ. lib. 4. c. 8. n. 175.* Ex quo dilucidè patet nullam tum temporis inter prædictas Illuſtriſſimas Familias interceſſiſſe pactio- nem liberam de mutua ſucceſſione ſed tantum tranſactionem inter eadem Ducatûs Pomeranici, ut monet Remig. *Feſch. de fœder. conclus. 24. lit. C.* Verum poſtea Anno 1571. pactum mutuae ſucceſſionis initium ſumſit, ad quod confirmatio Maximiliani II. Imperatoris Anno 1574. 18. Martii acceſſit. Hinc eſt exceptio, quam in formula mutuae ſucceſſionis inter Saxoniae Duces, Marchiones Brandeburgenſes, & Landgravios Haſſiae legimus, **Jedoch haben wir die Chur und Fürſten zu Brandenburg uns ausdrücklich bedinget und vorbehalten / daß von ſolchen unſern Landen und Leuten / der Ort Landes / ſo auff einer Seiten der Oder gelegen / nemblich die newe Marck / und Land Sternberg / deßgleichen auch die Lehnschafft über die Häuſer Lockenitz und Vieraden ſamt deroſelben Zugehörungen Gütern / ſo viel der über die Marckiſche Landgrantz in Pommern gelegen / ſo lang die Herzogen in Pommern und deſſelben Männliche Erben / für und für / im Leben / hievon ausgezogen ſeyn / und in dieſelbe Erbverbrüderung nicht gehören.** Poſtquam vero nunc tota Pomeranorum Ducum familia defecit, etiam exceptio ſublata videtur. Vid. *Limnæ. in addit. ad lib. 4. c. 8. n. 175.* & ibi propter majorem rei evidentiam appoſitum pactum & confirmationem hujus Confraternitatis. Parile quoq; confraternitatis & ſucceſſionis exemplum notiſſimum eſt de Comitatu Hennebergico, ibi enim inter Duces Saxoniae, Johannem Fridericum II. Johannem Wilhelmum & Johannem Fridericum III. ex una parte, & Wilhelmum Georgium Erneſtum, & Popponem Principes Hennebergicos ab altera parte, pacta ſucceſſoria inita ſunt Anno 1554. hoc modo: Si aliquando contingeret, ut una harum familiarum ſine masculis heredibus extingueretur, altera ſtatim ſuccederet, Saxoniae quidem Duces in Comitatu Hennebergico, illi verò ſaltem in diſtrictu Coburgeni: *Ratio* hujus exprimitur in iſſis literis Confraternitatum, *his verbis*: **daß unſer beyderſeits Ortlands und Herrſchafft**

Schafft zu Francken/dieweil sie mehr als an einem Ort zusam-
men gränzen und stossen / inmassen sie denn auch
vor 200. Jahren zusammen und in eine Herrschafft ge-
gen Henneberg gehörig gewesen/wenn sie durch eine neue
und kräftige Erbverbrüderung zusammen verleibet und
vereiniget würden / nicht die geringste Wolfahrt des
Nachbarlichen Friedens halben wiederfahren/ und in-
sonderheit auch dasjenige verhütet werden könnte/ damit
nicht auff unsere eines Fürstlichen Hauses und Stams
mes tödtlichen und ledigen Abgang/ ein frembder und
unnachtbarer Stamm dem andern Theil zur Unruh/
Schaden und Nachtheil in derer Orter einen einsigen
möchte / auch durch denselben allerley Vernemurungen
wider diese Lande alt Herkommen/ Gebräuche und Ges-
rechtigkeit alsdenn erwecket werden könnten / 2c. Hoc pa-
ctum Confraternitatis non solum ratum habuerunt Principes
confoederati, *Augustus* Saxoniae Elector & *Philippus* Landgravius
Hassiae, sed etiam à *Carolo V. Imperatore*, Anno 1555. omni meliori
modo & forma confirmatum, postea etiam à Maximiliano reno-
vatum, atq; redintegratum fuit in persona *Johannis Wilhelmi* Du-
cis Saxoniae Anno 1572. & 1573. Quemadmodum literae expectan-
tiarum sive gratiarum Imperialium uti vocantur, hoc ipsum pro-
lixè declarant & attestantur. Subsecutus tandem fuit hujus con-
fraternitatis effectus, Anno 1553. Ubi Principibus Hennebergicis
demortuis, Comitatus Hennebergicus cum omnibus pertinentiis
& Regalibus, tanquam feudum Imperii ad Saxoniae Duces perve-
nit, sicuti hoc ipsum experientia docet, & veritas ipsa testatur. No-
tabile porrò est pactum successorium reciprocum inter Reges Bo-
hemiae & Archiduces Austriae non semel renovatum, ut sc. altero-
rum stirpe funditus extinctâ, ad alteram familiam Regnum Bohe-
miae, aut Archiducatus Austriae jure plenò & integrò totaliter de-
volvatur, cujus jure Bohemiam Austriae accrevisse statuunt Chopp.
de doman. lib. 3. tit. 11. n. 8. Schönborn. *lib. 2. polit. cap. 13. n. 4. & 6.*
Arnif. lib. 2. de Republ. c. 2. sect. 12. n. 31. Warem. ab Erenberg. *in*
med. de fœd. p. 1. c. 2. n. 36. Idq; ab utriusq; Principatus Ordinibus
comprobatum atq; ab Imperatoribus directis feudorum & supre-
mis Dominis, de Consilii Procerum Imperii sententiâ confirma-
tum

tum ostendit prolixè Melchior Goldast. *in Bohem. lib. 6. cap. 18.*
 Et quamvis pactum hoc successionis Austriacæ Anno 1324. contra-
 rio videlicet pacto inter Johannem Bohemiæ Regem ac Leopoldum,
 nec non Henricum Austriæ Duces fuerit sublatum, sicut videre licet apud Johann. Abbatem *in Chron. part. 2. c. 12.* Anno 1323. iterum tamen postea Anno 1366. à Carolo IV. Imp. ut Bohemiæ Rege, cum eisdem Alberto & Leopoldo Ducibus Austriæ renovatum, & fœdere æviternò confirmatum fuit, de quo perspicue satis testatur *Juramentum Caroli Regium*, cujus verba inter alia ita se habent: **Ob das geschehe / daß wir Keyser Carl von Rom und Königs zu Boheimb / König Wentzle von Böhheimb / und Marggraff Johann von Mähren / und unser aller eheliche Kind / Söhne und Töchter / die wir nun haben oder hernach gewinnen / abgingen und verfielen ohne eheliche Leibes. Erben: Und auch ob dieselben unsere Kind Leibes. Erben gewinnen / die auch fürbaß ohne Leibes. Erben verführen / und unser Land also rechter Leibes. Erben / die von uns / unsern Kindern und Kindes. Kindern kommen möchten / erblos würden / daß dem alle die vorgeandten / und andere unsere erbliche Land / und Fürstenthumb / Königreiche und Herzogthumb / Marggraffschafften ic. auff die vorgeandten Herzogen von Oesterreich / und auff ihr beyder Leibes. Erben / Söhne und Töchter / die ihnen Gott noch geben mag / und auff derselben Kind und Kindes. Kind nach dem rechten Stamm kommen und fallen sollen / & vice versa**
 Gold. *diät. loc.* Memorabile insuper est & pactum Confraternitatis Saxonico-Hassiacæ: Ansam illi præbuit bellum novennale quod *Henricus Illustris* dictus, Misniæ Marchio, gessit cum *Sophia*, Ludovici Landgravii Hassiæ & S. Elisabethæ filia, desponsata Duci Brabantino. De anno quo cœperit hoc pactum Dd. ferram contentionis acriter trakunt: Hottomannus, Ingolstadiensis & Lavaniensis *Vol. 1. Consil. 9. German.* quorum voto etiam subscribunt Johann. *Limnæ. lib. 4. jur. publ. cap. 8. n. 161.* Bartol. Musc. de Confratern. *Thef. 7.* exprimunt annum à Christo nato 1373. Quam tamen sententiam rejicit Waremund. ab Ehrenberg. *in meditam. pro fœder. lib. 1. c. 2. n. 35.* anno prædicto hoc saltem renovatum, & à

Carolo IV. confirmatum asserens. Ortum verò (inquit ille) duxisse Anno 1262. vel 1268. Confirmante id Rudolpho I. Imperatore Chytr. *in Chron. Saxon. lib. 18.* & Carolo IV. Imperante Anno 1370 deinde Sigismundo Anno 1431. Chopp. *de doman. lib. 3. tit. 6. n. 59.* Verum hos & alios disceptantes relinquemus, sufficiat anno 1373. confirmationem esse factam, nec placet curiosius inquirere an tùm temporis hæ confraternitates primò ceperint vel saltem renovatæ fuerint.

IX.

1 Magnus quidem adhuc de Effectibus Confraternitatum differendi campus sese offerret, sed ne in illo prolixiores quam par est, simus, principales saltim attingere lubet. Estque primus ac præcipuus, quod alterius familiæ stirpe extinctâ ad superstitem bona & Principatû hereditariò quasi jure devolvantur. Paciscentes siquidem vi & efficaciam reciproci huius non solum jurejurando sed etiam Imperatoriâ autoritate corroborati pacti gentilitii sibi invicem in omnibus bonis tam mobilibus quam immobilibus, tam allodialibus quam feudalibus, non secus ac Fratres naturales (unde & vocantur **rechte Mitgeerben / gemeine und ungesonderte Brüder / & ipsa pacta vorein : und Bruderschaft / Gemeinschaft / Sammunge und ewige Bruderschaft**) unâ familiâ nati succedunt; quemadmodum contigit in Comitatu Hennebergico, quem virtute hujus pacti ad Serenissimos Saxoniam Duces translatum, diximus *posit. antecedenti 8. n. 3.* & Comitatum Katzenelnbogensem parili jure ad Illustrissimos Hassia Landgravios pervenisse, refert ex Molinæo Guttich *thes. 3. circa fin.* Vid. Dn. Hahn. *dissert. de Jur. rer. & c. thes. 75. n. 14.* Notabilis huic succedit effectus communionis & societatis necessariò consequens, quem contractus inter vivos importat: ex quo videlicet omnes res quæ coeuntium sunt, tam quoad possessionem (scilicet Civilem,) quam quoad Dominium continuò communicantur, licet executio in casum mortis familiæque extinctæ suspendatur, Reinking *de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 4. c. 18. n. 12.* Ern. Cothman. *Consil. 78. n. 176.* Competit ideoque vi hujus Confraternitatis cuilibet familiæ & confratri in bonis alterius Jus quæsitum ac radicatam & hinc constitutum possessorium, Idque satis innuunt verba Confirmationis Imperatoriæ Caroli IV. **Das die**

die Erbverbrüdereten und ihrer allerseits Mannes-
Leibes Lehns-Erben/ ewiglichen gleiche rechte und erbliche
Mitgeerben/ und gemeiner Lehen und rechter Gewehre
(quod verbum Gewehre possessionem significat) ihrer Fürsten-
thumben/ Graffschafften/ Herrschafften/ Landt/ Leut/
Güter und Zugehörungen/ die sie haben/ oder auch her-
nacher ewiglich erwerben und haben würden/ wie man
die mit sonderlichen ihren Nahmen benennen möchte/
nichtes außgenommen / sein heissen und bleiben sollen
und mögen quæ verba, sein und bleiben Jus præsens & quæsi-
tum arguunt. Et nihil obest, quod per solam traditionem Domi-
nium transferatur, §. *per traditionem* 40. *Inst. de rer. divis.* Licet enim
vera & naturalis non accedat pacto successorio traditio, tacita ta-
men creditur intervenire, dum scilicet quilibet confors ac so-
cius, quod possidet, non suo tantum-modò, sed communi no-
mine possidere, atque ita per constitutum civilem possessionem in
socios & confortes pro indivisâ transferre intelligitur *l. 1. in fin.*
Et ibi Bartol. n. 1. ff. pro socio. Nec novum est, ut per fictam dun- 3
taxat traditionem res transferatur *l. 1. §. si jusserim 21. ff.*
de acquir. vel amitt. possess. §. *item si quis merces 44. Inst. de*
rer. divis. quod æquè per constitutum ac veram & realem
traditionem fieri potest, *l. quod meo 18. ff. de acquir. vel amitt.*
possess. l. quædam mulier 77. ff. de R. V. quin ex causâ favora-
bili (qualis procul dubio etiam est Confraternitas, Reinking *d.*
cap. 18. n. 16.) dominum sine traditione ac possessionis appren-
sione transfertur, ut in Ecclesia *l. ult. C. de SS. Eccles.* Tyraquell. *de*
privileg. 107. Item in fisco, *l. commissa, 14. ff. de publican. Et vectigal.*
Reinking. *d. loc. n. 16.* Insignis quoq; Confraternitatis effectus est
defensio mutua, de qua ita loquitur pactum Saxonico-Hassiacum:
So sollen und wollen wir unser ieglicher dem andern ges 4
treulich mit Landen und Leuten wider allermänniglich/
niemand's ausgenommen beholffen seyn/ unser ieglicher
des andern Land und Leute/ ihr Gut und Haabe/ gleich
seinen eigenen Landen und Leuten helfen wehren/ schüt-
zen/ schirmen/ und verthädigen/ wann und wie oft das
immer noch/ ohn gefehrde. Cum enim pacto successorio ta-
lis contrahatur amicitia, ut plura corpora & familiae coeant in u-
nam

nam quasi essentiam; quippe confraternitas de mutua successione est tantæ potentia, ut etiam de duobus corporibus unum faciat, mutua defensionis gratia, Schonborn. 2. *polit.* 23. juri & æquitati consentaneum est, ut ab omni injuriâ se invicem defendant, Bartol. Muscul. *de confrat. tbes.* 47. Et cur non æqualis navaretur opera in defendendis Confratrum pariter & propriis bonis, cum utroq; in casu propria agatur causa, non tantum propter infallibilem (eveniente conditione) spem succedendi, sed etiam constitutum ex utraq; parte possessorium, effectu saltem suspenso *hâc posit.*

9.

X.

Ad finem hujus dissertationis propero, deniq; prætereundum haud est, magnam esse differentiam inter pacta Confraternitatis **der Erb-Verbrüderung** / & pacta confœderationis **der Erb-Vereinigung** (I) Confœderationis siquidem pactum in solâ defensione & auxilii præstatione subsistit: at pactum Confraternitatis, successionem potissimum concernit, pro ut verba instrumentorum expeditum reddunt; nihil itaque est, quod utriq; conveniat, excepto Confraternitatis effectu secundariô, qui & ipse mutuam exigit defensionem *posit. preced.* Ex quô etiam (II) discrimen articulorum atq; tractatum profluit: sub hoc namq; fœdere quod dicitur **Erb-Vereinigung** / tantummodo continentur certi & definiti modi & formulæ, quomodo tam tempore pacis quàm belli, altera familia alteri assistere debeat, nulla facta mentione successionis; In illo autem quod dicitur **Erb-Verbrüderung** agitur de certo succedendi modo, una vel altera familia sine masculis heredibus præmoriante & decedente. Omnium maximè verò hæc & alia, quæ differentiam Confœderationis ac Confraternitatis abundè confirmât, luculenter percipere licet ex ipsô utriusq; pacti tenore, quem cum alii scriptis suis inseruerint, præsertim vero Johann Limnæ. unam atq; alteram fœderum horum copiam publici fecerit juris *dict. cap. 8. n. 25. 162. & seqq. lib. 8. Jur. publ.* repetitione hujus ulteriore meritò superfedemus. *Benevol. Lect.* ad prædictum Authorem & alios remittentes. Et tantum non quidem pro materia dignitate, sed temporis, quo circumcludor, angustia, ingeniiq; tenuitate protulisse sufficiat.

Sic Deus, ô celsi Rex atque habitator Olympi
Gratia sit soli, Lausque decusque Tibi.

1.
Wen der Jugend heller Glantz
sich in hohe Geister schwin-
get/
und in ihren Grund sich ganz
unvermerkter Art eindringet/
suchen sie durch tapfres schwin-
ken bei der Sternen-Schaar zu sitzen.

2.
Ein Geist/von der heissen Gluth
dieses Glanzes angezündet/
ringet mit bestarimtem Muth
bis er alles überwindet/
mit geflügelten Gedanken
bricht er mutig durch die Schranken.

3.
Er sucht einen Zummel-plan
Worauff er das kan außüben/
Wozu ihn gestrenget an/
Wozu ihn mit macht getrieben
seine glutherkiste Sinnen
die so tapfer siegen können.

4.
So/ Herr Väter/ Jöbus Zier/
meiner Freunde guldne Sonne/
blitz dein hoher Geist herfür:
So/ o Pallas höchste Wonne/
kan dein hoher Sinn verüben
was gelahrte Leute lieben.

5.
Jöbus lacht vom Helikon/
Kastalis von Pindus Zinnen/
da du werther Musen-Sohn/
deine Gaben-reiffe-sinnen
Opfferst den gelehrten Orden
die um dich beruffen worden.

6.
Themis duppelt ihre Lust/
und Astræa lacht von fernen;
Jama mit erfreuter Brust
eilt geflügelt nach den Sternen;
saget Göttern und Göttinnen
deiner hohen Weißheit Sinnen;

7.
Doch ein Sinn/ der Ehre sucht/
ist hiemit noch nicht vergnüget/
Zwar hast du der Weißheit Frucht
da genossen und besieget/
wo die hohen Geister sitzen
und in Jöbus Thaten schwin-
ken.

8.
Rosenstockes edlen Safft
Hast du erstes mal genossen/
drauff ist unsrer Linden-krafft
mählig in dich auch geflossen:
WeinStadt aber hat dein Sinnen
recht mit Safft erfüllen können.

9.
Da hast du an Pallas Brust
mit Ergelzigkeit gesogen/
die beliebte Himmels-Lust:
da bist du recht auffgezogen
von den keuschen Salaninnen/
durch der Hippocrenen rinnen.

10.
Aber wie gesagt/ dein Sinn
ist hiemit noch nicht vergnüget/
Er gedenket weiter hin
als da/ wo der Gränkstein lieget /
Er muß gleich dem Adler fliegen
auffwärts nach der Sonnen-wigen.

11. Denn

11.
Denn gleich wie der Theseus ihn
nicht sein Treken ließ auffhalten/
Ajax nicht sein Salamin:
so kanst du daheim nicht alten/
so lässe du dich auch nicht binden
und der Mutter Arm umwinden.

12.
Wol! steig glücklich diese Bahn
die dir deine Tugend zeigt/
geh die Reise tapfer an
wozu dein Sinn ist geneiget:
Glük muß deiner Faust und Füßen
unterthan sein / um dich stessen.

13.
Gehe in manch frembdes Land/
geh/ biß zu den Nasamonen/
die da ihres Ufers Sand
in den Affriken bewohnen:
Schau allda der Völker Stärke
und Naturens Wunderwerke.

14.
Geh/ beschau Tarpejens Berg/
wo der Zizero geschrieben;
und des schönen Ortes Werk/
wo die Flora lust getrieben/
wo der Socrates gelehret
und der Plato hochgehrer.

15.
Schau Paris der Erden Zier
die/die Mutter aller Tugend/
nim was kluges mit für dir/
daß da ztere deine Jugend:
Schau auch was für schöne Sachen
Britten und die Belgen machen.

16.
Aber nim auch ja mit dir (pfande:
unsrer Freundschaft Bild zum
und gedenke dran wie wir
sind verknüpfet mit dem Bande/
den die Liebe hat erfunden
und die Treue selbst gewunden.

17.
Unter dessen sol auch hier
Unsre Silliris mit Fleisse/
dein und meiner Freundschaft Zier
rühmen stets um ihre Pleisse/
daß mein Herze bleibe deine
und das deine bleibe meine

18.
Komm' anch glücklich und erfreut
wieder nach dem Oderstrande.
und zeig deiner Weisheit Beut
deinem wehrten Vaterlande/
wie du deine Jugend-Blume
so geziert mit Tugend-rühme.

Mit diesem hat seinen Herrn Vätern und
liebsten Freund höchster Schuldigkeit
nach aus Leipzig bedienen wollen

Hartwig Alsch Schack/
Eques Holf.

158.

COM

IN IL

NOBIL
DN. JO
JCTI ET AL
LEBERR
VIN

PL
Schr

EC

Ve
3286

1975678
NITA.

M,

SALANO
TIA.

LENTISSIMI

Bechmann/
CADEMIÆ CE-
, CURIÆ PRO-
RIS GRA-

SITIONI

UES POM.

M

clō lō cLX.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

